Vstriczki quietat Marczinskij

1514 Comparens personaliter coram officio et actis praesentibus castren[sibus] Premislien[sibus] Nobilis Elias Vstriczkij lipka a foro juridi[c]tionesque suis propriis recedens praesenti ejus jurisdictioni se cum successoribus ac bonis suis quo ad actum praesentem attinet subijciendo sanus mente et corpore existens publice ultro ac sponte expresse recognovit Quod a Nobili Josepho Marczinskij summam Triginta florenorum pecuniae monetae polonicalis sibi per eum ad acta praesentia solui tempore iam elapso in bonis suis certis inscriptam Recepit sibique iam Recepti onem ipsorum et eius successores de eadem quietat perpetue inscriptionemque in [illegible] eandem summam se in eadem cum omnibus Conditionibus Articulis Cassat et mortificat temporibus perpetuis sibi et suis posteris ratione praemissorum silentium imponendo eundem praesenti litera publica recognitione mediante.

Goreczkowski Ul[timu]s Tarlowa

1515 Comparens personaliter coram officio et actis praesentibus castren[sibus] Premislien[sibus] Generosus Albertus Goreczkowskij a pallatibus terris dictisque jurisdictionibusque suis quibusuis propriis ac foro competenti recedendo praesenti jurisdictioni se cum successoribus ac bonis suis omnibus terrestribus et oblocis mobilibus et immobilibus ubilibet habitis ac summis pecuniarijs sibi in bonis quibusuis quocunque inscript[is] quo ad actum et effectum praesentis inscriptionis attinet subijciendo sanus mente et corpore existens publice ultro ac sponte expresse recognovit Quia Generosae Reginae de Malczicze relictae Consorti olim Generosi Joannis Tarlo Vexilliferi terrae Leopoliensis eiusque successoribus summam Quadringentorum et Quinquaginta florenorum pecuniae monetae et numeri polonicalis veri certi liquidi nu[mera]ti atque essencialis debiti tenetur Quam quidem summam se cum successoribus in bonis suis omnibus terrestribus et oblocis mobilibus

et immobilibus ubilibet habitis ac summis pecuniarijs sibi in bonis quibusuis modo quocunque inscriptis obligat et inscribit Praedictae Generosae Reginae Tarlowa vel eius posteris die proxima et festo Sancti Thomae Apostoli proxime venturo Instanti praesenti Premislien[sis] Circa officium et acta praesentia castren[sia] Premislien[sia] totaliter plenarie ac in effectu dare soluere reponere relinquere ac exsoluere hocque omnibus modis probe et vel luberius quibus per poenas arestare sub vadio Quadringentorum Quinquaginta florenorum pecuniae monetae et numeri polonicalis Quod vadium in defectu solutionis summae eius dem essentialis tempore et loco solutioni assignato Mox ipso die et tempore solutionis praefixo in summam essencialem et ratione debiti Nimirum Noningentorum florenorum pecuniae monetae polonicalis virtute solummodo praesentis inscriptionis Convertetur et conuerti debebit Hoc idque vadium cum summa essenciali in dictum in bonis eiusdem recognoscendis suis terrestribus et oblocis mobilibus et immobilibus ubilibet habitis ac summis pecuniarijs sibi in bonis quibusuis inscript[is] extendetur et extendi debebit Praeterea idem recognoscens se cum successoribus in bonis ac summis pecuniarijs omnibus supra specificatis Memoratae Generosae Reginae Tarlowa et posteris illius inscribit et obligat Praesentem inscriptionem ex actis praesentibus castren[sibus] ad acta terrae Premislien[sis] ante decursum unius anni transportare sub vadio Quadringentorum Quinquaginta florenorum pecuniae monetae et numeri polonicalis ad soluendum succumbendo Quod quidem summa essencialis simul cum vadio valuit Cum vadio ob non transportationem eiusdem inscriptionis succumbendo Quibus idem recognoscens cum successoribus suis Praedictae Generosae Reginae Tarlowa vel eius posteris citare permisit sub Recedendo a pallatibus terris dictisque jurisdictionibusque suis quibusuis propriis ac foro competenti Coram officio praesenti Castren[si] Premislien[si] cui se Ca[s]tibus praesentibus respondendum cum successoribus ac